 tem, non solum pestem ali-
 cui, sed hanc pestilentissimam
 inferamus ^b.

IV. Comicorum igitur e-
 sto *c arte ludicrâ* mimorum
 at-

^a Hippocr.

198. 10. 200.

44. 202. 46.

203. 34 &

204. 24.

^x Cic. Offic.

2. n. 7.

^y Lazarus

est Meysson-

nierus, lib.

4. cap. 5. p.

287. *cujus*

talis aeger,

Patiens me-

rito vocatur,

Nam plus

quam mor-

bustorquet

eum Medi-

cus, Joh.

Owenus

lib. 1. Epigr.

44.

^z Quid sit

disce à Po-

lybio, Cic.

Liv. Jul.

Cæf. Cælio,

atque Rofi-

no.

^a Cels. Pro-

æm lib. 1.

p. 7. Ter-

rull. de Anim. cap. 10. p. 312. & cap. 25. p. 328. Gal. de-

mum id rectè profert, T. 1. p. 145. v. 2. & 3. ^b Vid.

Cels. ibid. p. 11. & Valefc. de Taranta, l. 5. c. 9. pag.

448. ^c Plaut. Aulular. Act. 4. Sc. 3. v. 3.

atque ludionum, sed non
arte^d *magistrâ*^e *Pæonis* at-
que^f *Chironis*; *g* *Machao-*
nis atque *h* *Podalirii* τ *απὸ λῆναι*
ἐκβαλεῖν, *lienem ejicere*, seu
exfectum adjicere, ἀποβαλεῖν
γὰρ fert Scholiaſtesⁱ.

V. Longe optatius cum
 ægrotantium teneritudine, &
 noſtrâ miſeratione compara-
 tum foret, ſi modò *Pyrrhus*
 excitaretur à mortuis, *lien*^k
atterendi gratiâ, pedis ſui
 dextri vel blandiori conta-
 ctu. Id enim *apud nos* tan-
 tæ eſt fidei, ac *l* *Icterus* ab
 Hungariæ Regibus diſcuti;
Dæmonas vel ab *Hispaniar.*
m *Monarchis*, vel à *n* *Tobia*,

vel

i In *Ariſtoph. Cereal. Prolog.* v. 3. p. 764. *k* *Plin.* 7. 2.
 p. 138. 43. *Plut. T.* 2. p. 384. *Alex. ab Alex. lib.* 3. p.
 699. & 4. p. 1202. *Camerar. H. ſubciſ. Cent.* 3. cap. 42.
 p. 143. *G. à Reies, Q.* 24. n. 4. p. 155. & n. 31. p. 163.
l *Laur. de Str. l.* 1. c. 4. p. 8. & 9. *m* *G. à Reies, Q.*
 24. n. 5. p. 155. & *Q.* 28. n. 23. p. 203. *n* *Tobia* 6.
 v. 7. & *Zonar. Annal.* 1. p. 102.

d *Æn.* 8. v.
 442.

e *Iliad. E.*
 v. 401. &

899. *Odyſſ.*
 Δ. verſ 232.

Æſchyl.
ſuppl. v.

1071.
f *Iliad.* Δ v.

219. & Δ v.
 831. *Orph.*

Argon. v
 375. *Pindar.*

paſſim, ſed
Pyth. 3. *fuſe.*

Sophocles.
Trachin. v.

725. *Apol-*
lon. Rhod.

Argon. 1. v.
 554. 2. v.

1244 & 4.
 v. 812.

g & *h* 11.
B. v. 239.

Xenoph. de
Venat. p.

974. *Coint.*
 vi. v. 459.

k *Plin.* 7. 2.
 p. 138. 43.

l *Laur. de Str. l.* 1. c. 4. p. 8. & 9.

m *G. à Reies, Q.*
 24. n. 5. p. 155. & *Q.* 28. n. 23. p. 203.

n *Tobia* 6.
 v. 7. & *Zonar. Annal.* 1. p. 102.

• Joseph.

Antiq. Jud.

8. 2. p. 257.

G.

p Perinde

scilicet ac

Gallicantu

exterriti ce-

dunt. Pru-

dent. Cathe-

mer. v. 49.

• 40. p. 4.

• Sueton.

8. n. 7. Ta-

cit. *Hist.* 4. n.

81. * Aelius

Spartian. in

Adr. n. 25.

• Sulpic.

Sever. in B.

M. vitâ cap.

1. p. 463.

• Phlegon.

*de reb. mi-**rab.* cap. 3.

p. 36.

• Hegesipp.

lib. 3. cap. 2.

p. 29.

• Philostr.

Apoll. 4. 16.

p. 206. •

Euseb. in *Hierocl.*p. 460. Vopisc. in *Aurel* n.24. atque Photius *Bibl.* n. XLIV. p. 30. •

H. Cornel.

Agrippa, *occult. Phil* lib. 1. cap. 70. p. 91. •

lib. 3. cap.

42 p 306. •

Aët. *Tetrab.* 3. *Serm.* 2. cap. 11. •

Lib.

2. *de Re Med.* p. 180. •De *Med.* p. 120. •

Immò Sple-

nes istos in pretio fuisse liquet è *Plin.* 28. 14. p. 701. •Athen. 3. 17. p. 96. atque *Ren. Moræo*, p. 784. *de Va-**let. conserv.*vel ab ° *Eleazaro* p fugari:

cæcos, claudos, & mancos

à ° *Vespasiano* & ab * *Adria-*no sanari, *Leprosos* osculomundari ° *B. Martini*: ip-

sos denique functos vita vel

• *carmina funderè*, moxquetenebris reddi; vel per ° *Si-*monem *Magum*, *Apollonium-*ve *Tyaneum* plene ° *revivif-*

cere.

VI. Lienosorum insuper

eo nomine dolenda sunt fata

quòd *Archigenis* ° & *Andro-*machi *splenia* sint virtutecausa; Quòd ° *Plinii Secundi*° *Empiricique Marcelli sple-*

nes è spirantibus bestiis edu-

cti; & confestim ° *admoti*,

te-

p. 206. • Euseb. in *Hierocl.* p. 460. Vopisc. in *Aurel* n.24. atque Photius *Bibl.* n. XLIV. p. 30. • H. Cornel.Agrippa, *occult. Phil* lib. 1. cap. 70. p. 91. • lib. 3. cap.42 p 306. • Aët. *Tetrab.* 3. *Serm.* 2. cap. 11. • Lib.2. *de Re Med.* p. 180. • De *Med.* p. 120. • Immò Sple-nes istos in pretio fuisse liquet è *Plin.* 28. 14. p. 701. •Athen. 3. 17. p. 96. atque *Ren. Moræo*, p. 784. *de Va-**let. conserv.*

tepore sint *irrito* : quod

^b Joh. Beguini *sal Planeti-* ^{b Chym.lib:}

cus ; uti nec alter ille ^c H. à ^{2. p. 347.}

Mynsicht , nihil minus sit ^{c Sect. 11.}

quàm *splenicus* : quòd *exhi-* ^{d Ipsum an-}

larans ^d *antidotus* Saporis ^{tidotum ac-}

primi , ad *Mesuaeum* usque ^{cipere est à}

devoluta , nihil *Jovialis* prae ^{Gabr. Dro-}

se ferat : quod *album* Fr. Ruei ^{yno & Ph.}

^e *corallium* , Jovi quidem ^{Guiberto,}

Phœboque sacrum sit , *lie-* ^{qui illud}

nosis autem pura puta frau- ^{Seculi 12.}

datio. Quòd ^f Brendelii *au-* ^{Mesuae}

rum potabile , merum sit *opi-* ^{subduxerunt.}

nabile : quod unctiões *An-* ^{lib. 2. de cap.}

geli ^g *Salæ* ; & *Turquetti An-* ^{egrit. cap.}

gelica ^b *grana* nihil *Angelici* ^{25. fol. ver-}

spi- ^{so 207. Ter-}

^{Sapores , è}

^{medio circi-}

^{ter seculo 3o}

^{ad 4. exiens,}

^{discere est è}

^{Jul. Capitol.}

^{Euseb. Eu-}

^{nap. Hieronymo, Marcellino, Claudiano, Zosimo, So-}

^{zomeno, Theodoreto, S. Apollinari, Agathiâ, Herm.}

^{Contracto, Cedreno, Glyca, Zonara, atque Nicepho-}

^{ro Calisti, è quibus hausserunt Cuspinian. Turfelin. Cal-}

^{vis. Cluver. Petav. Guthberl. Matthias, Labbæus, Go-}

^{dæus & J. le Sueur. e Lib. 2. de Gemm. cap. 19. p. 57.}

^{& A. B. de Boor, lib. 2. de Gemm. cap. 154. pag. 396.}

^{Imò ambobus istis splendidius mentitur Alb Magn. p. 147.}

^{de Virtutib. Lapidum. f Chym. disc. 2 p. 153. g Ter-}

^{navii Bezoardicor. p. 506. h Syntagm. cap. 11. p. 299.}

i Vid. Au-
rel. Gal.
Aët. Ægi-
net. Brun-
fels. Gorr.
Foës, Re-
nod. atque
Castellum
Brunonis.

k Noni sci-
licet de Morb.
curat. cap.

188. p. 215.

l Op. r. p.

400. & 414.

m Cap 103.

p. 135. ubi

Joh. Rhod.

emendator

emendandus

est ipse p.

326.

n Lib. 2. ad

Timoth. p.

305.

o Nam con-

tumaces per-

stant & in-

domiti, lapi-

dis instar,

aret. Diut.

1. c. 11. p. 82.

p Lib. 5.

cap. 18. n. 4.

p. 251.

spirent : quod i *Phænigmi*
A' *ἐχιάρες* k Constantini Por-
phyrog. & l *antidota Myrep-*
si, effectibus inania sint : quod
Scribonii denique m Largi,
Theodorique n Prisciani *ma-*
lagmata filices ocys mol-
litura sint, quam *scirrhus*
o *lien*is eliquatura. p Celsus
ergo deridendum sese propi-
nat, dum *malagmatis* sui su-
percilio elatus, præcipit ut
sex tantum horis adhibeatur,
ne diuturniori morâ *lienem*
universe consumat.

VII. Agyrtarum igitur e-
sto futilibus istis, nec effundi
dignis, inescare homines. Nos
enim candidos animâ dedecet
lienosos spe vanâ lactare: Hinc
itaque commenta procul de
Asplenio deque chalybis a-
quâ.

Gerris quippe gerrarum
ad-

adnumeramus, quæ ^q *Vitru-* ^q Lib. 1.
vius ^r *Dioscor.* ¹ *Plin.* ^t *Gal.* ^r Lib. 3.
^u *L. Apuleius* ^x *Aët.* & ^{cap. 151.}
^y *Aegineta* à Cretibus, lin- ^f Lib. 27. c.
gua ^x *mendaci*, super *asple-* ^s p. 664.
nio mutuati sunt, & quos ^t Tom. 2. p.
demiror notulas non ditasse ^{77.}
^u *De Virt.*
Cl. ^a *Mangeti* ad Schrode- ^{herbar. p.}
rum. ^{217.}

Inane rursus atque vanum ^y Lib. 7. c.
est quadrupedes profiteri a- ^{1.} p. 615.
pud fabros ^b *ferrarios* esse ^{Videsis}
^c *avi-* ^{Ruell. p.}
^{sten. fol.}

vers. 264. Matthiol. p. 519. Dalecamp. T. 2. p. 113. Ne-
rian. fol. *vers.* 16. Dodon. p. 468. Lobel. *Adv.* p. 360.
Bauhin. T. 3. p. 750. *atque* Renod. *Edit.* in 4. p. 256.
Nec-non coronidis ergò G. Sall. du Bartas, *Hebdomados*
mirificæ, diem tertium. ^z *Tir. cap. 1. v. 12. ex Epi-*
menide, uti me docuit Epiphan. *adv. hæres. l. 1. Tom. 3.*
p. 362. Sic apud Callimach. hymn. in Jovem. v. 8. & in
Epigr. Gr. lib. 3. p. 369. Κρήτες αἰὲς ψύσαι. Vide Grot. in
Epist. Paul. Tom 3. p. 999. a Pag 480. *b* *Cels. lib. 4.*
cap. 9. p. 215. à quo tanquàm ab impuro fonte sordida de-
fluxit, ad varios affectus, aqua ferraria, ad Plin. scilicet
lib. 28. cap. 16. p. 107. ad Aurel. 3. Chron. cap. 4. p. 416.
ad Aët. Tetrab. 3. Serm 2. cap. 11. p. 641. ad Trall. lib.
8. cap. 13. p. 272. ad Avicenn. lib. 1. Fen. 2. Doct. 2. cap.
16. p. 108. ad M. de Gradibus, cap 10. p. 284. ad H.
Montuum lib. 3. cap. 32. p. 146. ad Joh. P. Pernumixæ,
Therap. 6. fol. 102. ad D. A. ab Altomari, p. 565. ad
Claudin. in App. ad ingr. p. 399. ad B. Cæsium, lib. 9.
de Miner. p. 621. & ad Olivar. de Serres p. 835.

c Plin. l. 11. c. 3. p. 282. *avicularum* instar, *liene* vel
 21. Cælius, *exili*, vel *nullo*, quum aquam
 lib. 4. c. 18. illam ne primoribus labris
 p. 208. Jul. attingant, utpote vel ab ip-
 Cæf. Scali- sis longè semotam, vel ob-
 ger, *Hist.* viam quidem, sed quæ vel
Anim. 2. p. 247 C Piso, fuscenedine & spurcitie suâ,
 Sect. 1. p. 43. *Vide hinc lu-* brutas illas animantes fuga-
culentiss. te- tura sit; vel acido & austero
stes alios *nidore Martis* abactura, hoc
quaternos, est vitriolicis suis effluviis,
 Cap. 1. n. 2. *d Vide hinc* *nares odoras* d *laceffentibus*
 Cap. n. 2. ab omni linctu plane deter-
 Theophr. *p. 441. atque* *ritura.*
Lucr. lib.
 4. v. 88. &

674. nec non
 lib. 6. v.

778. & 792.

e *Occult.*

Phil. lib. 1.

c. 51. p. 60.

f Per varios

usus artem

experientia

fecit, ex-

emplo

monstrante

viam. Ma-

nil. 1. *Astro*

nom. v. 61.

VIII. Nugis itaque valere
 jussis, quales insuper narrat
 e *H. C. Agrippa*, cordati
 cordatos colamus, & quæ
seris f ab annis, compere-
 runt lienosis esse proficua,
 prudentes & pii revocemus
 ad praxin, quò, *dirigente*
nos dexterâ Dei, felix ubi-
 que rerum exitus obtingat.

FINIS.

ΕΠΙ-

ΕΠΙΜΕΤΡΑ

Viriliter impugnanda.

Jactis meis , *Neotericorum ductu* ,
 Medicinæ fundamentis , metho-
 dum ipsorum singulares vulgandi
 Tractatus ubique locorum gloriabar.
 Sed *Rev. Par.* Majores nostros , *eâ*
in re , longè superiores mihi cessit
 in *Physicis* , *Patholog.* *Semeiot.* *Diæ-*
tetic. *Pharmaceut.* atque *Chirurg.*
 Res itaque , *ceu novas* , jactabam ,
 cor v. g. saliens prius esse punctum ,
 quàm musculosum , auritum , pyra-
 midale , cavernosum , valvulis clu-
 sum , vasis irriguum privatis , publi-
 cisque , septo disclusum , & sangui-
 nis demum officinam , atque ita he-
 par nusquam esse *ἱκμαλέον* , *humoris*
gratiosi fontem. Ab illo insuper sa-
 liente puncto geminos protendi ca-

K

na-

nales, nomine celebratos foraminis ovalis atque rotundi, illosque post partum illico cludi. Arterias quoque binas, sed venam unicam, embryonis umbilicum pertundere, & placentam sibi pinsere. Meconium interim in intestinis congeri; pulmones verò atque diaphragma otiari; sed arterias singulas, atque ita umbilicales moveri: Nobis autem natis ambientem in pulmones impelli, imò unà cum assumtis in ventriculum ingeri. Chylum pariter à ventriculo in intestina trudi, & ab ipsis in Vasa.

Vasa istæc lacteas esse venas, quæ chylum contrudunt in confluentem suum, inque thoracicum ductum, valvulis insignem. Sanguinem exinde confici in corde, & in tubos diffundi, ternis, quaternive tunicis conflatos. Nervos autem filis tenuissimis nexos esse, nec non mutuis plexibus irretiri, arteriis irrigari, trochleâ quandoque duci, atque reduci,

ci, gangliō muniri, in itinere durari,
& multifida congerie, intra vertebrae,
præfertim intra sacram, stipari.

Cerebri ventriculos anteriores, cisternas esse lymphæ, à spiritibus secretæ; & exindè, juxta septi perlucidi parietes, subque cerebri testudine, in choanam, inque pituitariam glandulam perpetim stillare. Ventriculo autem tertio, *fornicis vice*, nates esse, atque testes, cum suo processu fibroso. Illi verò fornici conarion incubare, neque adeò ventriculum tertium à quarto secludere; sed id à membranulâ fieri niveâ atque pulposâ, cui vermiformis apophysis volutatione sese affricat. Nervos opticos non esse cavos, sed articularum nusquam exortes, ab internâ carotide per retinam ramulosæ, in ambitu vitreæ tunicæ, ad araneam usque.

Duram matrem, & ejus sinus, arteriis pariter irrigari, perviis in

calvam ; Aurium cerumen , tympanum , & labyrinthum , lacrymarum quoque collicias , nec non salivæ ductus , unà cum glandulis lacrymalibus , paroticis , atque maxillaribus. Pulmoni lobos competere quinque. Pericardium autem diaphragmatis nerveo circulo semper adnecti , nec unquam cordis includere conum. Oesophagum verò diaphragmatis circulum illum pertundere nunquam , nec intestinum colon tenuibus intestinis inferius esse , sed illa hemicyclo suo complecti.

Vesiculas feminales , masculas quidem esse favis apum similes ; fæmineas verò hydatidum instar. Tubas uteri sinuosas esse , ac utrinque , ab ipso diaboli morfu , in uterum pervias.

Dentes denique rebar , in foetuum alveolis recens detectos esse , sicut in adultis ossa sesamoidea , ad singulos digitorum flexus , tendinum ope
in-

indivulforum, atque pertuforum.

Istæc, è *sexcentis paucula*, vel novissimis Scriptoribus, vel ipsi *Rev. Par.* lubens tribuerem, nî mihi altum inclamasset, parce, *fili*, vel *Neotericos*, vel *me* inventorem laudare: In te siquidem *Veterum queruli Manes* insurgerent, & monumentis illorum mihi patefactis, *Veritatem ipsam*, tanquàm in speculum licuit intueri. *Doctior* exinde, sed non *inflatior*, humilis petivi nunquid pariter tot alia, quæ recens puteo eruta accepi, *seculo priora* forent; V. g. de sanguine in arteriis serosiori; vivaciori tamen; in Venis autem crassiori, atque segniori? de vasis capillaribus? de illorum commissuris? de sanguinis in eas influxu? de bile aquosiori, vel oleosiori? de sanguine ferescente? de sudore naturaliter nullo? de muco ventriculi & intestinorum? de acrimoniâ acidâ vel muriaticâ? de frigore

acri & urente? de nive causticâ? de
effervescentiâ & fermento calcis,
musti, acidorum, fimi, pastæ & bi-
lis atræ? de venâ cavâ aortæ succu-
ba? de pulmonum plexibus atque
tomento? de corde irarum sulphu-
reo atque fervido fonte? de eâdem
irâ, *ferindâ licet*, folibus excocta at-
que miti? de stomacho visceribus,
ceu prunis, circumdato? de chylōsi
per modum elixationis atque fermenti?
de pori bilarii insertione gemi-
na? de ureterum in vesicam ingres-
su, tunicas inter? de urethra varia
pro sexu? de sphincteribus vesicæ,
recti, & œsophagi? de musculis,
venis, arteriis, & nervis, sectione
transversâ brevioribus utrinque? de
nervis oculorum motoriis, in vul-
tum & dentes supernos diffusis? de
opticis unitis? de axibus visoriis?
de visione erroneâ? vel in ebriis,
vel oculorum altero depressiori? de
pupillâ mobili? & luminis accessu vel
re-

recessu *strictiori* ? *latiori* ? de noxâ
ipsius à nive ? & à luce post tene-
bras ? vel è contrâ ? de oculis per
noctem radios ? de iisdem igneis
infinul & aqueis ? de viâ ab ipsis in
nares ? & à naribus in os ? de em-
bryone per aquam explorando ? de
fæminarum Ovis ? de irritis illis ,
Venere nulla ? de foetu in ovo ? è
femine paterno ? de pororum ejus
symmetriâ salutiferâ , vel ametriâ
morbificâ ? de poris illis salubriter
spiritu ? morbosè *sero* turgidulis ?
de vacuo igitur in ipsis nullo ? ficut
nec uspiam sub Sole ? de corpore
sub Lunâ simplici nullo ? de aëre
subtilissimo , & elastico ? ac omnia
pervadente ? atque replente ? de ato-
mis *Leucippi* fictitiis ? de pororum
varietate stupendâ ? de particulis a-
nalogis ? lævibus ? rotundis ? acutis ?
rigidis ? asperis ? mucronatis ? angu-
lofis ? triquetris ? quadratis ? penta-
gonis ? &c. de mistorum jugibus ef-
flu-

fluviis? de partium attractione nullâ? de ipsarum facultatibus chimæricis? de fide sensibus vel adimenda? vel adhibenda? de brutorum animâ vel nullâ? vel duplici? de mirificâ tandem spirantium omnium compage αὐτομάτως mobili, *virtute motûs*, ipsi ab artifice primitus impressi? ἀνελεσθία τέ πινι, καὶ ἀλαδοχῇ κινήσεως ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς &c. Omnem porro de pectore meo præconceptam mentem revulsurus, *Par. Rev.* plurima me docuit, è *Veterum Placitis*, de animi callo, & sectarum *scabie*, atque *servitute*, quâ sectis addicti, *leprosa sunt mancipia*, alii alios inficientes, & Civitatem prodituri lubentius, quàm ullum *Elleborum* admissuri, quô *dematur* ipsis *mentis gratissimus error*.

Istæc autem articulatim ubi hisce oculis percepi Veteribus innotuisse, depulsus fui à priori mente fallaci, & in *sanio-rem* nec non *Antiquis æ-*
quior-

quiores traductus fui, mirabundus-
que exclamavi, *Papæ*! An igitur
Majores nostri tanti fuere viri? Im-
mò, regessit *Parens*, quia medita-
ne *rationem* excolebant; sensus ve-
rò subigebant *experientiâ*, & cruri-
bus istis incedebant ad *Physicem* in-
dagandam, florentibus Scholis *Cni-
dia*, *Coa*, *Rhodia* & *Alexandrina*.

Singulatim autem, & æmulo stu-
dio, Anatomen promoverunt *Demo-
critus*, *Euryphon*, *Melissus*, *Hip-
pocrates*, *Thessalus*, *Draco*, *Poly-
bus*, *Apollonius*, *Dexippus*, *Pli-
stonicus*, *Aristoteles*, *Herophilus*,
Erasistratus, *Quintus*, *Sabinus*,
Satyrus, *Eudemus*, *Martianus*,
Lycus, *Marinus*, *Asclepiades*,
Ruffus, *Soranus*, *Pelops*, atque
Numerianus.

Illorum autem ductu *Galenus* A-
natomen Romæ, in *Pacis Templo*,
fidelis docuit, coram *Severo Cos.*
Paulo Prætore, *Flavio Boëtho Con-*

sulari, atque *Barbaro*, Cæsaris Avunculo; nec-non Medicis omnigenis & æmulis, *Empiricis*, *Methodicis* & *Rationalibus*; Philosophis item *Platonicis*, *Peripateticis*, *Stoicis*, *Academicis*, *Epicureis* atque *Scepticis*.

Homines autem præter *Sexcentos*, quos vel *unus Herophilus* incidit, viris istis primævis, brutæ animantes, *munificentia Principum*, ad manus erant omnigenæ. Sic elephantum *Galenus* dissectum vidit, & os ex ejus corde sibi reposuit, sicuti *Parens* è cervis, damis & tauris, à se exempta, conservat.

Exindè porrò Medici tanti Anatomem consecuti sunt quam hodie *Comparatam* vocitant; & quæ nos fugit innumeros. Quinimò *Pneumaticen* alteram Anatomem administrarunt flatu in meningas impulsio, in bronchia, in uteri tubas, nec-non, *seculo novissimo*, in venas. Illâ autem in-

industriâ , (vel ante Fabricium de *venarum ostiolis* scriptorem) *valvulas* detexere *venarum* , spiritu nimirum permeante à *graciliori* venæ parte in *crassiorem* , sed non econtrâ , *valvulae* repulsi.

Speciatim rursus , nervos recurrentes incidebant , arterias verò caroticas , axillares , pulmonales , crurales , & umbilicales ligabant nodis strictis , laxisque.

Brutis plagas & vulnera infligebant , symptomatum observandorum ergo. *Nervorum* autem & *arteriarum punctiones* longè *graviores* esse notabant *seçãoe transversâ*. Exinde *ἰνίῳ puncto* mortem longè citiorem inferebant , quàm ipso *corde revulso* , victimas enim viderunt , *corde nullo* , aufugisse.

Spiritûs quoque attendendi gratiâ modò *vesicam* vel ori , vel naribus vel pectori leviter pertuso adaptabant ; modò autem , sterno reducto , *pul-*
mo-

mones inflabant, quo spiritum naturalem æmularentur.

Nec fecantibus duntaxat instrumentis usi sunt, uti nos, sed stylis insuper planis, capitatis, buxeis, æreis, argenteis, ferreis, atque stanneis. Acubus item, hamisque pertusis, vossellis, tubulis atque spongiis.

Animalia quoque pascere noverant, & tribus horis à pastu chylæus opus attendere.

Animalibus præterea sitibundis, & *affatim bibentibus*, asperam arteriam, *inter bibendum*, confestim incidebant, quò explorarent nùm potûs quippiam in pulmones influeret?

Recluso etiam pectore vasa cordis *quaterna majora* arctè stringebant, experiundi gratiâ, quid noxæ pateretur animal, cessante cordis influxu, & irradiatione.

Artem quoque callebant viscera
car-

carne denudandi, vasorum noscendorum & ficcandorum ergò.

Sceletos denique compingere sciebant, quos moris erat, in *Alexandrina Schola*, initiatos Medicinæ docere. Quid plura? Eò sagacitatis provecti sunt, ut *Ova viginti*, vel *plura*, uni vel alteri gallinæ substraverint incubanda, quo unius quotidie aperti analogiâ, *hominis in Ovo formati* primordia atque progressus addiscerent.

Sic *equas, canes, asinas, vaccas, capras & oves*, Venere recens usas, *exenterabant*, quo deprehenderent quid feminis ad foetum effingendum remansisset.

Ohe, ohe, jam fatis est *Veterum fastidiosus!* Totus interim obstupesco, dum irretortis oculis talia contemplor: & nî *lectione decies repetita* mentem meam obfirmassem, *fascinos* mihi crederem *ocellos*, conscios certe superbæ scriptionis, quâ
se-

seculum *splendide mendax*, istæc inventa genuinis viris detrahere non pudet.

Sed evanido stupore meo, & animis jam collectis, ad *Pathologica* deflexi, rogitans nùm etiã, ante seculum, innotuissent variolæ, scorbutus, pestis ἀπὸρρηξ, Venerea lues, arthritis vaga atque defultoria, nec non dolor vel *periodicus* capitis, oculorum, intestinorum, &c. vel *erraticus* dentium, clavorum, articulorum, atque cicatricum, ad instantem vel boream, vel nivem, vel grandinem?

Pariter quæfivi de hydrocephalo interno, externoque; de epilepsia ab aura fontica vel pedis extremi; de paralyfi post insultus epilepticos, vel colicam atrocem, colica cessante? de lacrymali fistula, de gutta serena, de cæcitate repentina, *sed fugaci*; de surditate, pariter subita, *sed brevi*? de temporibus fauciatis
&

& convulsis in opposita parte? de hæmodia, de aphthis, de calculo sub lingua, de meliceride ad ejus frænulum? de pectoris hydrope, atque pericardii? de crudis pulmonum tuberculis & hydatibus? de cruditate acida & nidorosa? de diabete, de renum ulcere serpente vel in lumbos, vel in alvum? de lumbricis latis, de ascaridibus? de hyperfarcosi in urethra? de uteri fluore albo? deque ipsius hydrope atque calculo? de carcinomate & carbunculo? de partibus demum spha-celatis & spontè deciduis? Immò de ossibus adulatorum cereis atque flexilibus? Et cùm istorum ne *umbram* quidem Majores attigisse mihi stultè fingerem, *corpus ipsum* apud eos reperi.

In *Semeiotica* vix dignatus sum inquirere. Jam pridem enim mihi compertum est, quàm seduli fuerint *primævi Medici* in attendendis æg-
rum

rum decubitu , spiritu , pulsu , voce , somno , vigilia , oculis demum & mente. Quàm acres insuper fuerint in morbis explorandis è *partium situ , ex actione læsa , è doloris specie , è symptomatis propriis , & ex ipsis excretis.*

Sic eosdem in *Dieteticis* ad minutias usque sedulos noveram. Singulatim verò *Hipp.* didiceram *sedulitate tanta , quanta temporum intercapedine* , Medicos hodiernos prævertere suis observationibus de aëre , locis & aquis ; de temporibus anni , & mutationibus eorum vel statis , vel erraticis ; de solstitiis & æquinoxiis ; de noviluniis & pleniluniis ; de Caniculæ & Virgiliarum ortu & occasu. Speciatim de sonoris , & silentibus Etesiiis , Aquilone & Austro. At quotusquisque , *Parens infit* , nostrorum Medicorum est , non dicam è *gregariis* , sed è *primipilis* ; è *diobolaribus* , sed è *principibus* ; è *Ja-*
le-

lemi familia, sed ex ipso vel *redivo* *Æsculapii* germine, qui ad istæc animum advortat? Ipsos itaque dedecet sese super Græcos efferre. *Secum habitent*, & noscant quàm sint *supellectili curta*.

Pharmaciam quod attinet, antiquissimam illam esse vel in Scholis didici, *Homerica* quippe carmina *Thonem*, Medicum insimul & Regem, altè cantant, cui præ manibus sint φάρμακα πολλὰ μὲν ἐὸν λαὸν μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ.

Sic Medicos universè πολυφαρμάκους canit *Homerus*, non una *varietate simplicium affluentes*, sed & *mistorum arte fœcundos*, singulatim verò *Pæonem* celebrat, Medicum Deorum, *Chironem* & *Æsculapium*; *Machæonem* atque *Podalirium*. Immò *Patroclum* & *Achillem*.

Sic aliàs quædam subauscultavi de *Strapide*, de *Agenoride*, de *Melampo*, de *Japyge*; quin imò de *Iside*,

sive, de *Dione*, de *Latona*, de *Diana*, de *Medea*, de *Agamedea*, de *Polydamna*, de *Helena* tandem & *Circe* scientibus potestates herbarum, atque misturas.

Chirurgiam pariter apprimè subodorabar longè primævam fuisse, sed mihi latebat an olim adhibita fuissent pyrotica, hirudines, & cucurbitæ? Venæ sectio & arteriotomia? Embryulca & odontagræ? Trepanum & paracentesis? Cystotomia & celotomia? Ακρωτηριασμός demùm & δρεμεβολισμός.

At super singulis istis mirificam ac industriam Græcorum methodum exosculatus sum, illaque meos oculos exfatiavi. Et jam certè dubiis vacuus, *sed Veterum incensus amore*, pedem efferebam ab institutione paterna, cùm ecce subiit animum *scrupulus unus & alter*, quos præsumferam mihi nunquàm exemptum iri. Subridens itaque *Patri*, ab ipso, vel

*jocose petivi, an igitur, qui videris
 Etatis Priscæ cultor tantus, mihi
 cederes, vel saltem ante Generatio-
 nem unam & alteram, sanguinis Trans-
 fusionem, Circuitumve? Is renidens,
 conticuit quidem, sed aperto confe-
 ftim Libavio, virum mihi ob oculos
 vegetum posuit, è cujus arteria fis-
 sa, tubulis intermediis, sanguis in
 ægrotantis effæti traductus est arte-
 rias, pariter reclusas.*

*Sanguinei verò circuitûs invento-
 rem præconio multo Hippocratem
 extollit. I. quia corpus humanum
 circulo passim comparat.*

*II. Quia jugem sanguinis motum
 identidem inculcat, ab internis ad
 externa, & ediverfo; hoc est, à
 centro ad circumferentiam, & econ-
 tra.*

*III. Quia motum illum τὸ ἐξόδοι,
 circuitionem nominatim vocitat.*

*IV. Quia motus illius genuinum
 principium assignat, cordis nempe*

scatebras, è quibus sanguis quoquo-
versum impetu salit.

V. Quia *singulas* deducit *arterias*
ab uno *corde*, quod ipsi arteriarum
matrix est, & radicatio unica.

VI. Quia illarum *amplitudinem* ad
cordis basin, maximam esse patefa-
cit, unà cum *venæ cavæ trunco*,
quem inibi *capacissimum* monstrat.

VII. Quia *valvularum* cordis *ar-
tificium* & *usum*, sagaci mente de-
tegit, suis *flatus* & *aquæ* in illas in-
jectionibus.

VIII. Quia circuitionis illius *prof-
pera* & *adversa*, ex æquo reteggit.
Hippocrateus enim natus ille flu-
xus atque refluxus, non modò *nu-
trimentum* & *vitam* corpori largitur,
& *animo consulit*, mentem sanam
conservans in corpore sano, sed edi-
verso, circuitûs illius *remora* quæ-
vis, obstructæ parti continuo *noxia*
fit. Sanguinis enim illius *portio*
quædam *sistitur omnino*: quædam ve-
rò

rò *segnius movetur*: & quædam demùm *celerius effluit*. Ubique autem quò *stagnantior*, eò *nocentior*. Singulatim verò profert *Hipp.* sanguinis motu hîc vel illic præpedito, primùm *arteriam attolli*, vi circuitus in obicem impingentis: secundò *partem stupere*, *pulmonem anhelare*, *cor palpitare*, *vocem deficere*, *hominem convelli*, & *extingui*. Sanguinis verò motu *lentiori* sensus *hebescere*; *rapidiori* demùm & *incondito* mentem ipsam in *delirium* traduci.

IX. Quia sanguineæ circuitioni alveos excavat, illi quippe *arterias indicit*, quibus ceu *rivis* atque *fluviiis* membrorum compages irrigetur.

X. Quia *luculentas vasorum commissuras* atque *communiones* ubique statuit, per quas reciprocus ille motus feliciter perennet, haud secùs ac, *inquit*, intra vasa, *tubulis infernis*, *super eodem plano*, *inter se commissa*

reciprocatur liquor: Uno etenim illorum impleto, implentur & alia, depleto deplentur.

XI. Quia mirificam circulationem illam lepidissima comparatione collustrat. Illi quippe *fluviorum insomnia* limpidè, placideque fluentium, *naturalem* denotant sanguinis periodum; largiùs autem excurrentium, circuitum loquuntur *adauctum*; parciùs verò labentium, periodum testantur *minutam*. Sic rursus, *in somnis*, astra ferri extra suos orbes, *pura* quidem atque *rutilantia*, sanitatem monstrant, qua circuitûs beneficio, & nutritionis gratia, purum & sincerum alimentum è vasis excidit, & allabatur ad partes: *opaca* verò & *nigra sidera* morbum ex adverso portentant, utpote sanguinis impuri motum attestantia.

XII. Quia pituitam singulatim in venas ingerit, quâ *frigidior*, *crassiorque* sanguis protinus segnior fit,
at-

atque ità, ad illius recursum, tam-
diu *resilire cor* atque *concuti*, donec
calidioris, *tenuiorisque* sanguinis
fluento, *algidus* ille, *crassusque* ces-
sator in reliquam massam abripiatur.

XIII. Quia opposito phænomeno
rem ipsam apertius declarat, perio-
dum scilicet illam per febres *celerio-
rem* atque *vegetiorem* prorsus esse;
præ sanguinis nimirum *tenuitate* at-
que *volubilitate* maximis. Et ex-
indè, sagaciter elicit sanguinem vel
ex se, vel *ab assumtis*, febriliter ex-
altatum, ità moveri atque diffundi,
ut remedio sit morbis à pituitâ. Sic
insuper sanguinem illum *statarium*,
peritè notat, *stagnatione sua diutur-
niori*, adeò concreescere & adhære-
scere ut nequeat ab alterius impetu
vel *extrudi*, vel *perfringi*; atque i-
tà, *circuitu* represso, mortem repen-
tinam inferre. Immò rursùm alibi
pronunciat *arescente sanguine homi-
nem emori*, hoc est, ut id ipsum a-

liter inculcat, *siccatis naturæ humanæ fontibus & fluviis, vitam inferentibus, hominem perire.*

Istis tandem grave superpondium *Parens* adjecit, quò firmiùs stabili-
ret genuinam illam *Hipp.* fuisse men-
tem? nec fucum ullum mihi factum
esse. Digitò nempe *Hippocratis* æ-
mulum mihi monstravit, qui *sanguini*
nei motus ambitum rescissurus, Hip-
pocratis quidem de corde, *sanguinis*
fonte, metaphoram recipit, sed in-
vido & maligno in *Hipp.* animo:
regerit enim, *nomine viri ex invidentia suppresso*, fieri non posse, ut
quippiam *refluat in cor*, utpote san-
guinis *fontem*, quia scilicèt flumina
repugnat suam in originem relabi,
Εκ τῆ καρδίας ἐποχάετα αἷμα ἐς τὰς φλέ-
βας, ἐς ᾗ τῇ καρδίαν ὅτε ἄλλοθεν· αὕτη
γάρ ἐστιν ἀρχὴ καὶ πηγὴ τῆ αἵματος, ἢ ὑπο-
δοχὴ πρῶτη.

Ponderis autem istæc ratio tanti
fuit, ut *Hippocrateam* sanguinis pe-
rio-

riodum, *super exactas Generationes LXII.* sufflaminaverit. Sed tandem, *benigniore Phæbo Medicinam collustrante*, Cremonensis Columbus illuxit, qui toti Literatorum Orbi, *Veterem* illum microcosmi *Euripum* erecto designavit indice, idque *lustris* haud ità *multis*, post novos macrocosmi tractus, ab altero Genuensi *Columbo* Hispanis detectos. Sic nimirum in fati erat ut *Columbus* uterque *Scientias* insimul & *Hispanias* suis inventis locupletarent.

Cremonensis porrò demonstrationem *Cæsalpinus* & *Arantius* A. 1569. & 1587. multa luce perfuderunt. Sublimi quippe mentis impetu meditati sunt, I. è cordis quatuor majoribus vasis, *duo* sanguinem *in cor invehere*; alia verò, pariter *duo*, sanguinem *è cordis evehere*.

II. Attenderunt seduli *vasorum capacitatem*, & exindè conjecerunt tantum sanguinis *una expelli systole*;

quantum *priori diastole exceptum* est.

III. Fines rationis egredi sanguinis *uberitatem* illam, ab uno pulmone raro & levi *totam* absumi.

IV. *Valvulas* notarunt ita *obversas* ut vasa intromittentia nihil *educant*; educentia verò nihil *intromittant*.

V. *Anastomoses* professi sunt *arteriam* inter pulmonalem atque *venam* cognominem.

VI. *Pulsantem* senserunt pulmonis *arteriam*; illius autem *venam* altè *quietam*.

VII. Ratiocinia denique sua experimento fulciverunt *venæ tumentis inter ligamen & extrema*; & ex istis *phænomenis cunctis*, velut è *Tripode sacro*, pronunciarunt sanguinem *pulmonis exceptum arteria*, in *venam illius*, per *anastomoses ingeri*, quò *influat in cor sinistrum & in Aortam*. Atque sic tuti fidique concluderunt *perpetuum quemdam motum esse*

esse ex vena cava, per cor & pulmones in Aortam, & sanguinis trajectionem illam è dextro cordis ventriculo per pulmones in sinistrum ejusdem ventriculum proprio & luculentissimo CIRCULATIONIS nomine designarunt.

Ubi itaque tot *scrupuli* mihi sunt exempti, *indolentem* certè & *alacrem*, è Museo paterno pedem extuli, quò me traducerem à *libris*, meas ad *prunas* atque *fornaces*, mysteriorum naturæ scrutandorum ergo. Et quia *Sales omnigeni*, hîc ita sonore decantantur, totus illorum desiderio flagrabam. Illis itaque non solum *volatilibus* eliciendis, sed & *essentialibus* atque *fixis* totus incubui.

Primùm itaque *raphanum rusticum* elegi, *volatili* prægnantem. Illius in frustra concisi ℥xxiv. indidit cucurbitæ, gradatimque, per horas decem, *igne arenæ*, spiritus eduxi ℥xv. quibus olei 3j. innatavit, dùm
aliud

aliud infuper oleum *Sed præparcum*, parietibus cucurbitæ, & alembici, atque recipientis adhæsit, quod ponderare nequivi.

Capitis mortui nigerrimi fuerunt ℥iv. Perierunt igitur è toto ℥v. Caput istud in alkool redegì, & per lixivium, quod inter exhalandum odorem fudit vel ammoniacum vel urin. elicui salis fixi grisei ℥iβ. Quum itaque ne gry quidem salis volatilis, sub forma salina prodiisset, Reverendusque Parens me doceret, se nulla folia aromatica, nullosve flores, ut ut odoros, nec in Occitania, neque Parisiis, reperisse unquam, è quibus sal. vol. prodiisset ullus, formâ salis, ad Indicam Theam provocavi, cujus ℥xij, igne arenæ, & è cucurbita, à sexta mat. in tertiam pomer. stillavi. Prodierunt aquæ & sulphuris liquidioris ℥iv. Sulphuris crassi, & ceruminis aurium æmuli ℥j. Capitis mortui fuerunt ℥vj. Periit igitur de toto ℥j. Re-

Refumfi Theæ, *sed pulveratæ* ʒxij.
& à 5. mat. in 3. igne lento; à tertia
in decimam violentiff. è cucurbita,
per arenam, prodierunt 1. aqua albi-
da; 2. flavus vapor; 3. spir. vol. ru-
bei ʒivß. sulphur. 3x. Capit. mort.
fuerunt ʒivß. Perierunt ʒxiv.

Tertiò demùm indidi *retortæ* pul-
veris Theæ præstantiff. ʒxij. Exie-
runt spir. ʒivß. sulphur. è recipien-
te ʒiß. sulphur. è collo retortæ craf-
fiffimi ʒiß. Caput mortuum fuit ʒv.
præcife. Perierunt ʒviß.

E ternis destillationibus istis reli-
quum Caput mortuum fuit ʒxvß, è
quibus restitit *salis fixi grisei* ʒiß.

Sed cùm isthic ne mica quidem
salis volatilis comparuisset, *hordei*
integri ʒij. retortæ commisi, & e-
manarunt spiritus ʒxj. sulphur. ʒxiiij.
Ex avena verò, *pariter stillata*, spir.
emissæ sunt ʒxij. sulphur. 3j. super
uncias duas.

Sed huc usque ne *atomus* quidem
salis

salis nulla præ oculis meis *volitavit*,
 atque ita *tritici* ℥xxx. è retorta stil-
 lavi, & spir. prolicui, *purpurei pla-*
nè, ℥xvj. Olei foetidiff. & glutino-
 fiff. nescio quantum: Ità enim tena-
 citer vasis adhæsit, ut id arte nulla
 ponderare quiverim. Caput mor-
 tuum fuit ℥ix, *recens ab igne*, sed
 pulveratum pependit ℥ixß. pondus
 enim, *uti solet*, accessit ab aëris ma-
 dore. Sed hîc rursus *salinas atomos*
deprehendi volitasse nullas.

Lubuit itaque *Turcici Coffè*, in
 pollen redacti, ℥xij. cucurbitæ inde-
 re, è quibus à 6. mat. in 12. nihil
 propulsum est, nisi Vapor, primùm
 albus, secundùm flavus atque ful-
 phureus. Horâ tandem xij. *sal plu-*
rimus apparuit in alembico, *sed citò*
liquefcens. Horâ prima vapor ful-
 phureus uberrimus, qui tertia desit.
 Vasis reclusis ponderavi spir. ℥iv.
 sulph. ℥iiß. cap. mort. ℥iiij. Perierunt
 è toto ℥iiß.

Pul-

Pulveris Coffé *uncias* iterum *duodecim* igni vehementiori, hora 6 mat. subjeci, *intra cucurbit*: eod. igne arenæ. Hora 9. *sal* iterum in alembico visus est, sed *solutus continuo*. Spir. fuerunt ℥iv℥. sulphur. ℥ij. Capit. mort. ℥iij. Perierunt plenè ℥iij℥.

Tertiò demum *pulverati Coffé* ℥xij. per retortam urfi, & spir. expuli ℥iv℥. sulphur. ℥ij. Cap. mort. ℥iij. Perierunt iterum ℥iij℥.

E tribus illis destillationibus, fuisse mihi capitis mortui ℥ix, è quibus nonnisi ℥i℥. *salis fixi* educta est.

Sales essentielles quod attinet, ipse non paravi, quoniam plurimos illos *Rev. Par.* mihi suppeditavit, *Paris* à se paratos è parietar. ex ulmar. è card. bened. ex absinth. ex acetosa, &c. quos singulos miris laudibus effert.

Sic innumeros adhuc residuos habet *sales fixos* è tamarisco, è vite, è ruta, è filice, è rubo, è verbena,
ex

ex hyperico, ex herba kali, ex ebulo, è fabar. filiquis, &c. & universe me docuit se longè uberiores illum prolicuisse è plantis calidis, quàm è frigidis; idque singulatim ubi æstas retorrída fuit, & minimè pluvia. Vulgò autem ex *unciis*, cinerum *vinginti*, remanent salis fixi ℥iij. vel iv. rariùs v. vel vj.

Sales insuper animalium *volatiles* & *fixos* complures mihi cessit *Rev. Par.* primùm vulgares è viperis, ex ebore, è cornu cervi. Secundùm è bile bubula, quæ destillata ad ℥xxiv. per alembic. ipsi cessit phlegm. insulsi, & inodori ℥xx. Olei & sal. vol. ℥j. sal. fixi ℥j.

Processu aliquoties iterato, discrimen reperit aliquod prout bilis fuit vel æstiva, vel hyemalis, vel recens, vel vetusta.

Sic ex ℥xx. *nigri cineris* oleti, eduxit *salis grisei* tenacisque ℥β. & ex *iisdem cineribus* iterùm ad *albedinem*
cal-

calcinatis, drachmam falis integram excepit, *albi quidem*, sed tenacis adhuc, nec pelliculam, nisi serò ducentis. Sunt igitur zv . falis fixi, è cinerum zxx .

Hic porrò nullæ formantur crystalli. At urinæ humanæ *sal fixus* egregias format crystallos, *salis saturni penitus æmulas*, & quidem magnâ copiâ, nam è cinerum zxviij . *Crystalla* concrescunt ad zvj ; alterius verò falis fixi, *sed citra crystallos*, ziv .

Doctrinæ illius explorandæ gratiâ sumsi Urinæ humanæ *libras quinquaginta*, quas igne arenæ, è cucurbita stillavi, & *sal. vol.* mihi fuerunt plenè *duodecim unciae*, spir. æj . Cap. mort. zxviij . quas intra retortam igne $4i$. gradus ità compuli, ut rursum fuderint *salis vol.* ziiß . cum sulphure pauco, quod ponderare nequivi. Ex eodem denique *mortuo capite* lixiviato, & filtrato, manse-

M

runt

runt falis fixi ℥v . *Libris* itaque *decem urinæ*, inest falis fixi *uncia integra*.

Imò ipsi *salivæ* fal fixus inest, ex illius enim ℥xx . *Rev. Par.* drachmas duas abstraxit, quas sibi conservat.

Sic è *calculis humanis*, ad ℥xx . retortæ inditis, expulsæ sunt *spiritus urinosi*, & *sal. vol.* ℥vj . sulphuris foetidiss. ℥β . fal. fixi ℥iij . Et istud *Rev. Par.* experimentum Regiæ & Illustriss. Societati Londinensi ità arrisit, ut illud suis *Actis* inferere dignata sit, pag. 167. Edit. in 4. A. 1674.

F I N I S.

D.

D. LAURENTII BELLINI

CONSIDERATIO NOVA DE NATURA ET
MODO RESPIRATIONIS.

S E R E N I S S I M O

F E R D I N A N D O I I.

MAGNO HETRURIAE DUCI

LAURENTIUS BELLINI FELIC.

CONTIGIT mihi tandem dies,
Serenissime Ferdinande, quâ
in concione refertissimâ dice-
re potui, & , quod unicum exop-
taveram, ita dicere, ut ea ipsa res,
quam agebam, aliquod grati animi
specimen exhibere mihi permiserit,
quem immensum debeo maximis at-
que innumeris promeritis erga me
Tuis : Quid enim Officiorum est,
quo vel ex eo tempore me non de-
vinxeris, cum primùm clientibus
tuis adscriptus studiis melioribus in-
formari cœpi? aut quid ego pro iis

referam angustæ rei ac facultatis homulus, unus è multis, præter candorem animi ingenuè in coetu hominum profitentis, *Tuum* esse, quicquid est, quod sum, atque adeò deberi *Tibi* me totum? Præmiis sæpius, sæpius honoribus cumulatum me voluisti, quorum alterutrum, ut ex seipso, quolibet largitore, quamlibet secundo rerum statu, amplissimi beneficii loco sit, etiam promerenti; quid erit utrumque, mihi vix quicquam merito, atque à *Te Principe* datum, ac semper, aut in Fortunæ periculis, aut in machinamentis invidiæ? Horum ego memor, expectabam, si quando publicè verba facturus, de beneficiis *Tuis* loqui possem, cum ultrò occasionem obtulit theatralis Anatome, quam proximè administraturus, facile sensi, id muneris tenuitati meæ longè perhonorificum & gloriosum exposcere, ut si ipsâ re minus possem, saltem gratâ aliquâ verborum significatione

tione Principibus auctoribus responderem, atque in dignitatis argumentum, exponerem seriem præcedentium officiorum: adeò in me minimum occurrebat, quo Provinciam Anatomicam comparare potuerim tuarum extra merita gratiarum. Quod itaque peropportunum visum est, eâ statim die, quâ primò Theatrum Anatomicum expertus sum, mei muneris ac loci genio postulante, in densissimis Auditorum cuneis, de beneficiis *Tuis* ex voto dixi, iisque minùs ingratus esse, atque haberi studui: *Te Tuæque Familiæ Principes*, quibus communiter omnia debeo, communi gratiarum actione complexus: quæ cum jam publicam fidem in theatro promerita, omnem assentationis suspensionem averterit, en ipsam *Tibi, Princeps Auguste*, testem voluntatis meæ, benevolentiam erga me *Tuam* dignè prosequi annitentis. Atque ita quidem mihi suadebam fidem benemerentis animi li-

berasse, ratus id sufficere, si quæ accepta referre nequis, accepisse fatearis: At *Tu*, Princeps amplissime, ita beneficium beneficio premis, ut jam aut mihi succumbendum sentiam, aut nullum futurum esse finem actionibus gratiarum. Quid istud rei est, aut unde merui, ut me laboribus Anatomicis expeditum, gravi argento muneres? Annon ego iis ex officio subeundis stipendio conductus? aut is liberalitatis *Tuæ* genius admirabilis, ut gratiam referre velis, etiam officium persolventibus? Quicquid id est, periculosum hunc mihi locum facit, & propter eam, quam semper evitavi, invidiam silentio declinandum. Itaque

Pro re pauca loquar,
& satis Benignitati *Tuæ* sit, si plenus ingenui pudoris, fateor sentire me vim muneris insolentis; atque permittas velim, ut verbis sufficiam aliquid è re meâ, & exponam, quod meditor, Anatomicum: non quidem

ut

ut impleam expectationem *Tuam*,
meâ mediocritate multò majorem,
sed ut intelligas conari, ac velle me
eidem pro viribus satisfacere.

„ *Spondeo ego doctrinam de Respira-*
„ *tione*, quantum arbitror universam,
„ eoque ordine comprehensam, ut ni-
„ si, ut fit, in re propriâ fallor, pars
„ potior Pectoris & Pulmonum spe-
„ ctata fabrica certa sit & evidens; ad-
„ eò sibi aptè respondent omnia, &
„ principiis Geometricis innituntur:
„ Rei ea summa est. Ruit in asperam
„ arteriam aër, momento composito
„ ex gravitate ac vi laterali, eoque aëri
„ extrinsecus circumprimenti superfi-
„ ciem pectoris, æquiponderat: hinc
„ Musculis inspiratoriis sese contra-
„ hendi potestas permittitur; unde
„ costarum elevatio ac dilatatio, &
„ aucta pectoris amplitudo; Tùm pe-
„ nitior aëris irruptio, & expansio pul-
„ monarium ductuum; quod totum in-
„ spiratione contingit. Mox proprio
„ pondere concidentibus supra tumi-

dum Pulmonem costis, spatium Pectoris angustius fit, & earum, ac diaphragmatis vi, pulmo comprimitur, & partim per os extruditur contentus aër, partim ad minima usque vascula adigitur, si quorum angustias penetrare proprio pondere non potuit, quousque totus Pulmo detumescit, restitante solum in ejus vesiculis expansâ portione aëris; quæ series est expirationis: Hinc resistentiæ minoris occurfu, potest externus aër rursus irruere, & eodem ordine opus respirationis institui. Hæc autem ut evincantur, ostendam prius Musculos pectoris non modò dispositos ad Leges Mechanicas, pro majori resistentiâ superanda validiores, pro minori debiliores, verum etiam quâdam interioris Geometriæ peritiâ, ut sese in inspiratione contrahentes, figuram pectoris multò capaciores efforment, Costas in expiratione ex se ipsis concidere, figuræ, positionis, atque articulationis artificio. Diaphragmatis,
ac

ac Musculi triangularis fabricam, quantum ex aliorum figuris ac scriptis sciam, nulli notam, & utriusque usum persimilem, & ex his ea omnia constabunt evidenter. Insuper unum esse usum Aëris in pulmonibus, ut à capillaribus vasis arteriæ pulmonariæ ad capillariæ venæ sanguinem adigat, seu ex altero, in alterum sinum cordis; & in hoc transitu per pulmones sanguinem solvi. Neque ita solum in homine, verum hæc eadem etiam in brutis se habere monstrabimus, & machinam in avium costis exponemus perelegantem, & quid vicarium costis in testudinibus; atque idem obtineri per
 „ aquam à Piscibus appulsam ad bron-
 „ chia, quod à cæteris per aërem pul-
 „ mones explicantem. Hinc verò
 „ quanta, & quàm facilis propositio-
 „ num series ad pulmonum omnium
 „ figuras, suctus, vulnera, respiratio-
 „ nes varias mutatas, aut impeditas,
 „ in diverso aëris, pulmonum aut pe-
 „ ctoris statu: quæ omnia quivis in-

„telligat ex se ipso, dummodò id eti-
„am supponat, aërem æquo rario-
„rem, & æquo densiorem respirationi
„ineptum esse, & prohibere excur-
„sum sanguinis per pulmones. Deni-
„que ex iisdem principiis deducam
„probabiliter, foetum in utero non re-
„spirare, quod fortè etiam Geome-
„tricè demonstrabo, si per occasionem
„licuerit comparare Diametros Arte-
„riæ pulmonaris, & Anastomosis cum
„Arteriâ magnâ.

„Addam his opusculum de motu at-
„que usu Bilis, quorum alterum Geo-
„metricum est, alterum ex eo pen-
„dens, observationibus illustrandum.
„Evincet illud Fel à jecore, & vesi-
„cula ad intestina fluere, non è con-
„verso, nec à vesiculâ & jecore in ca-
„vam; spectatâ diversitate momento-
„rum, quâ moventur fluida per con-
„tractiles, & inæqualis amplitudinis
„tubulos: Unde constabit bilem è ve-
„siculâ elici non posse, nisi extrinsecâ
„aliquâ virtute comprimatur; quam
„ab

„ ab adstante, ac distento cibus ventri-
 „ culo petam, statuens Bilem in vesi-
 „ culâ servari ad tempus digestionis,
 „ ac tantum non evidenter ostendens,
 „ per eam tum temporis fluentem ad
 „ duodenum, cibum à ventriculo præ-
 „ paratum in Chylum facessere. Hinc
 „ ratio situs vesiculæ, capsulæ com-
 „ munis in jecore; cur ductuum fel-
 „ leorum aliquot in vesiculam defi-
 „ nant; cur nonnulla animalia eadem
 „ destituta, facile ex antecedentibus
 „ explicanda. Adhuc tamen observan-
 „ dus mihi situs vesiculæ, in quotquot
 „ occurrunt animalibus, præcipuè in
 „ carneo ventriculo præditis. Pan-
 „ creatis etiam locum pensito, & hu-
 „ morem ejus exprimi eodem, quo
 „ Bilis, tempore, deduco; ut ab u-
 „ trisque permixtis formetur Chylus.
 „ Erit his appendicis loco Geometri-
 „ cum quiddam demonstrans, quâ fieri
 „ possit, ut in vesicâ Urinariâ generen-
 „ tur Conchyliâ Spiralia, si per urete-
 „ res exprimatur quid molle, aut vis-
 „ ci.

„cidum, in vesicæ resistantiam inci-
 „dens, eâque occasione explicabitur,
 „quo pacto possunt in terræ superficie
 „similia intorta corpora produci, quæ
 „in quibusdam montibus observavi.

Hæc Anatomica quasi semina, post-
 quam in suum robur ac magnitudi-
 nem creverint, constituam ante cel-
 situdinem Tuam voti reus, & si quæ
 his conciliari posse videbitur.

Nulla meis sine Te quæretur
 Gloria rebus.

Vale diu, Princeps ævo dignissime,
 Tuâque me auctoritate tueri ne desine.

*Hæc Epistola Exc. D. Laurent.
 BELLINI hoc ipso 1671. Anno ex
 Italia Pragæ delata, Vratislaviam
 ab Adm. Rev. Dn. P. Adamo Ada-
 mando KOCHANSTKY è Soc. Jesu
 viro Mathematicarum & Physicarum
 Scientiarum curiosissimo pro singulari
 in Collegium Naturæ Curiosorum affe-
 ctu communicata & ad D. Sachsum
 transmissa fuit.*

F I N I S.



